Jesum et observantiam!

ILLUSTRIS VIR,

Domine, et Patrone venerande;

Nihil tam magnifici vel petere abs TE vel
sperare potui, quod non majus omne sim ex-
pertus facto. Cum enim ad
instantissimas (dixissem ferme importunas, simul
nisi necessitas quaedam honestatem etiam supera-
ret) preces meas, post tot negotiorum, quae TE
raro tuum fieri patiuntur, ardua, tam grave
tamque salubre iudicium in Commentarios istos meos
qualescunque ad Taciti Germaniam, judicium
encomiumque, quod mea spes erat, contuleris;
nescio equidem, quas TIBI, ILLUSTRIS VIR,
pro tanto erga me cultorem admiratoremque
tuum, affectu candido propitioque, gratias
reponam, aut verbis exprimam interea.
Admitte quaeso, ut libellus sub tuo nomine
insignis dicatus meus (si ut indignus per se despici-
endus videatur) asservetur saltem in

204v

luculentissimo Conringianæ Bibliothecæ apparatu. Cæterum recto stimanti loco, totum VIR. Summe, tibi in ad studia grata & observantiæ officia emancipo. Impera, quod libet facia ac libere. Favere mihi nosq[ue] saltem perseveres! DEUS TE & splendidissimam familiam tuam servet in columem diu et q[uam] optis, quod ex animo ... voveo. Ceterum ex inti... ... optas.

ILLUSTRI Tuo Nomini

Wittebergæ 5. X.
Sept. A. 1664.

devotus addictusq[ue]

Georgius Caspar Kirchmajer

Summo ac Illustri
VIRO,

Domino HERMANNO
CONRINGIO etc. etc.

Domino et Patrono suo
statim vestiando. /.

Redd. 17 Septemb. 1664.

Francò biß Magdeburg. /.

Helmstadium